



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

60. An ordo correctionis non solum in foro cinscientiæ, sed etiam in foro
externo sit observandus? Et an si Prælato, vel judici constaret injuriam
fieri reo, eo quod denunciatur, vel accusatur, non ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

qua Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus corripi eum inter te, & ipsius solum. Licet enim respondere possimus ibi tantum agi de denunciatione ex charitate, quā appellamus Evangelicas quam idē debet praecedere secreta monitio, quia instituta est ad emendationem delinquentis; non verò de accusatione, quia tendit ad punitionem in utilitate boni publici; non habita ratione famae peccatois; Nihilominus tamen Christus verōque videtur coniunxisse. Primo: ut fieret correptio, deinde, ut procederetur ad punitionem; quamvis, hic processus ad punitionem semper videtur temperatus in ordine ad utilitatem delinquētis. Idē ab solutè placet prior sententia, quia id praeceps non requirit in accusatione spectata solum illius natura, ut explicatum est. Ita Dicassillus.

3. Sed ipse meritò ibi affirmatūa sententia adhuc, quam etiam docet doctissimus Duallius 2. 2. trait. de Corrēct. quæst. 9. art. 5. vbi sic ait. Quæres an quando proceditur per viam accusationis, & non simplicis denunciationis, seruandus sit ordo correctionis fraternalis, ita ut nunquam apud Iudicem reum aliquem accusemus, quin prius eum priuatum, & secretò monuerimus? Notandum est, differentiam esse inter accusationem, & denunciationem: Primo, quod accusatio habeat pro fine vindictam delinquentis, vel ad satisfactionem iniuria, quam intulit; vel ut iustitia legalis que est virtus universalis, conseruetur: at verò denunciatione habeat pro fine emendationem seu bonum delinquentis. Secundò, quod accusatio sit actus virtutis iustitiae, ut patet; denunciatione verò actus charitatis. Tertiò, differunt in forma probatiois: nam in accusatione, præter accusantem, requiriunt plena probatio; in denunciatione verò istud non requiruntur, qui denunciantur admittuntur, ut testis, neque censetur propriè actor, cum nihil agat in vindictam delinquentis, sed quidquid agit est in bonum illius. Hoc posito distracti, sunt Doctores in diuersas sententias: alij enim, ut Divus Thomas in 4. distinctione 19. quæst. 2. artic. 3. quæstionula 1. ad 4. Caietanus in art. 7. quæst. 33. Durandus quæst. 4. ad 1. & Sylvestris verbo Accusatio. q. 3. volunt admonitionem accusationi, non minus quam denunciationi præmittendam esse. Alij verò, ut Sotus, quæst. 4. ad secundam confirmationem. Abulensis quæst. 97. ad 7. Angelus verbo Accusatio, Richardus artic. 3 quæst. 4. & alij dicunt in processu accusationis admonitionem non habere locum.

4. Quæ opinio, si de iure in rigore sermo sit magis probatur, tum quia Capitulo: Qualiter, & Quando, de accusationibus, scribitur, sicut accusationem legitimam debet præcedere inscriptio, id est, libellus, in quo accusatio scripta continetur, sic & denunciationem charitativa monitio, & inquisitionem clamorā insinuat, admonitionem ad denunciationem, & non accusationem esse necessariam; tum quia in praxi istud ab omnibus ubique obseruari solet, ut neque qui vult alterum apud Iudicem accusare, non soleat eum priuatum, aut per amicos, prius admonere, saltem nemo est, qui eum, si secretò non monuerit, iniustitia, aut peccati redarguat, siquidem vtitur iure suo, minusque adhuc Iudex eius actionem, & accusationem, defecit huius admonitionis repudiat: igitur, si summo iure agatur, ad accusationem admonitio non requiritur; tum derum, quia ex natura rei secreta admonitio non respicit forum exterius; et enim natura sua secreta, & quæ probari nequit: agitur enim inter corruptum, & corripiem; quamvis inducuntur testes, tamen istud non impedit secretum, quia ipsi ad sigillum tenentur: quo sit, ut hac inducitio testium inepta sit ad probationem iuridicam: igitur in accusatione coram Iudice, in rigore iuris, non requiritur prævia admonitio. Dixi, in rigore iuris,

quandoquidem ex charitate, & lenitate, quæ inter homines debet intercedere præterim quando est aliqualis conjectura, quod ipsa poterit prodire, non est dubium, quin ipsa præmiti debeat: unde si nullus aliud voluerint authores prioris sententia, credunt hoc modo opinionem eorum esse veram, sed quia videtur loqui in rigore, & iure summo, idcirco sensu posterior sententia multo est probabilior. His, usque Duallius; cui addit P. Hugo de Infir. 106. 2. disq. 37. secl. 7. n. 8. 1. & Doctores communiter.

RESOL. XL.

An ordo correctionis non solum in foro conscientie, sed etiam in foro externo sit seruandus? Et an si Praelato, vel Indici constaret iniuriam fore, eo quod denunciatur, vel accusatur, non praemissa admonitione, quando debita est, tenetur, quantum potest commode, denunciationem, & accusationem impide, & conari, ut Evangelicus ordo serueretur? Ex p. 7. tr. 3. Rel. 58.

§. 1. A D hanc difficultatem respondet Lora in duobus est, utrum ordo correctionis non solum in foro animæ, sed etiam in foro conscientie debitus sit, ita ut denunciatio facta non præmissa lecta admonitione, sit irrita, & repellenda; nec Index possit denunciatione admissa procedere judicialiter. Hoc dubium versat Bailez art. 8. quinto loco, & vix precipi potest, quid tandem definit. Videtur autem, in foro exteriori deberi hunc ordinem ex illis verbis: Qualiter, & Quando, vbi sic: sicut accusatione legitima debet præcedere inscriptio, sic & denunciationem charitativa monitio, & inquisitionem clamorā insinuat: sicut ergo inscriptio, hoc est, libellus, quo accusatio scripta continetur, cum subcepitur accusantis, oblatā probatione; requiritur ad accusationem, & tantum, ut aliter admittenda non sit; & sicut ut index procedat via inquisitionis, necessaria est infamia, & aliter iniuste procedit; ita etiam videatur admonitionem præxigiri ad denunciationem: nam eodem modo Decretalis de tribus his loquitur. Praeterea in cap. Licit Heli, simonia, cum Abbas Pontificis delatus esset ad Sum. Pontificis de multis crimibus, ipse opposuit delatoribus non præmissa fraternali admonitionem: quasi propterea denunciatione admittenda non esset; contra verò delatores testati sunt, eam præmisisse. Et in cap. Accusatio, quæst. 2. §. 7. Hac & alia, præcipiuntur, ut excommunicentur qui accusant Praelatos, non prius fraternali correctione commentitos.

2. Nihilominus tamen duo ascerenda videtur, primum est. Si Praelato constet iniuriam fieri reo, eo quod denunciatur, vel accusatur non præmissa admonitione, quando debita est, tenetur, quantum potest commode, impide denunciationem, & accusationem, & conari, ut Evangelicus ordo serueretur: quoniam lege charitatis obligatur vitare illa incommoda, quæ ex denunciatione, vel accusatione reo imminent, si gestest alia via peccato, & eius incommoda occurreret. Secundum, Si index non possit aliter prouidere obseruationi ordinis Evangelici, quam declinando iudicium, & repellendo denunciationem, & accusationem, à qua, qui denuncia, vel accusat, desistere non vult, potest admittere: & si requiratur eius officium, tenetur admittere, quoniam sciat, non præcessisse debitam admonitionem. Probatur primo. Quia nullo iure cautum est; ne illa

illa denunciatio, vel accusatio audiatur. Non positivo
vi pacibit exponendo iura allegata. Nec diuino, nul-
lum enim est Scriptura testimonium, unde inferatur;
Nec naturali; quia ex natura rei secreta admonitio
non respicit forū exterius; et enim natura sua secreta,
& qua probari nequit; nam agitur tantum inter
corruptum, & corripiensem; & si inducuntur alii, fit
sub sigillo secreto, & inutiliter ad probacionem iuri-
dicam: quare non potest in iudicio constare, an pra-
missa, vel omisla fuerit; & ideo non potest ab ea de-
pendere publici iudicij exequatio. Et id videatur
seruit in praxi. Hucvique Lorca; qui responderet ad
Canones contrā adductos.

2. Notandum est tamen hic, & perpetuū menti
tenendum, id, quod ex eodem Lorca obseruat, & docet Duallius in 2. tr. de Correc. q. 9. art. 5. quod
si Prelato, vel iudicii consuetudine fieri reo, eo
quod denunciatur, vel accusatur, non praemissa admis-
tione, quando debita est, tenetur, quantum potest
commodè denuntiationē, & accusationē impedire;
& conari, vt Evangelicus ordo serueret; siquidē
index videns alia via, quam per sententiam suam iuri-
dicam, posse agere bene impedit peccatum, & viat
illius incōmoda, tenetur ex vi charitatis, quantum fieri
potest, istam denunciationē, & accusationē impedire:
quamvis, si nolit accusator, aut dicator desistere,
nec possit prouidere index, vt Evangelicus correptionis
ordo serueret, non peccet admittendo denuncia-
tionē, & accusationē, eiū quippe est, se vt iudicē
getere, nec adeo esse sollicitum, an secreta admonitio
quae est ex lege charitatis, praemissa fuerit. Et omni-
hac praeter Duallium, & Lorcam docet etiam Cast.
Palau tom. 1. tr. 6. disp. 3. punc. 16. Imò Alphons.
Villagut in sua præc. lib. 2. tit. de Denuc. Enaig. c. 9.
concl. 3. & 4. vt obseruat Palau, docet, debere
iudicem antequam denunciationē admittat, inter-
rogare denunciantem, an praemiserit secretam corre-
ptionem, testēsque induxit; quod si ita fecisse non
probauerit, causamque omissionis legitimam non al-
legaverit, omnino esse repellendum. Sed quod dixi-
mus verius est ob vsum receptum. Sed ex his oritur
alii quæsto, & ideo quæto.

RESOL. LXI.

An aliquando Prelatus possit ex denunciatione Pa-
ternal procedere ad iudiciale, maximè quando de-
lictum est in graue damnum Republica, vel Com-
munitatis, aut alicuius innocentis? Et an in hoc casu possit Prelatus obligare denuncian-
tem ad denunciandū iudiciale, & ipse denun-
cians teneatur id facere, &c. Et in tali casu an denunciator adhibendus sit tan-
quam testis? Ex p. 7. tr. 3. Rel. 47.

9. 1. Respondebit affirmatiō Trullench. in Decal.
tom. 1. lib. 1. cap. 5. dub. 16. num. 8. vbi sic
sit. Attamen valde est probabile posse Prelatum iu-
dicitaliter procedere, si esset spes, fore vt per proces-
sum iudiciale corrigitur quoque delinqüens & alias
crimē non esset omnino occultum, sed probabile
in iudicio, tunc enim charitas, per quam institutus
est processus, imperat iustitia, vt inchoet processus
iudiciale, quo obtinetur finis charitatis, qui est
emendatio proximi. Ita ille, cui adde Filiocium tom. 2.
tr. 28. sup. 8. num. 164. & Sanchez Opusc. tom. 2. lib. 6.
cap. 2. dub. 11. num. 8. & aliis.

2. Veram contraria sententiam cum Suarez &
Soto tenet P. Lugo de inst. tom. 2. disp. 37. sect. 7.
n. 32. Ratio autem est, quia tunc nullam habet noti-
Tome VII.

tiam, qua vt iudex possit inchoare iudicium: suppo-
nimus enim, non procedere infamiam: nullus
nec est, qui iudicatiter accusat, vel denunciat;
nullo ergo modo habet viam procedendi, nisi ille,
qui denunciauit vt patri, velit denunciare iudicia-

lit. 3. Ab hac communī, & vera regula fieri possunt
duæ exceptions. Prima est quanđ delictum est in
graue damnum Republica. Vel alicuius innocentis:
tunc enim sicut iudex potest ad præcaudendum illud
damnum procedere, & postponere famam delin-
quitis: sic etiam potest vi illa notitia quam habuit, vt
pater, (dummido habuit sit extra confessionem) &
obligare denunciantem ad denunciandum iudicitaliter,
& ipse denuncias tenebitur id facere, si alia via non
suppetit impediendi damnum illud publicum, vel in-
nocentis. Quod si noluerit adhuc iudicitaliter denun-
ciare, poterit Prelatus constitutere fiscalē, qui ex
officio denunciat, si speret posse probari, & tunc in-
terrogare primum denunciantem tanquam testem, &
ipse tenebitur iam respondere, nisi forte excusetur,
quia est complex delicti, vel nisi ex illo testimonio
merito sibi timeat graue detrimentum, cuius vitatio-
nis non debeat anteponere illud aliud bonum pri-
bile, vel illius innocentis, qui patitur ab eo delin-
quente.

4. Secunda exceptio esse potest, quando per viam
paternam Prelatus non consequitur subditū emenda-
tionē, & sperat eam consequi per viam iuridicam:
ad hunc enim finem potest transire similiter in pro-
cessu iudiciale, obligando delatorem ad denun-
ciandum iuridicē, vt dictum est. Quia sicut hoc potest
facere propter vitandum damnum tertii, poterit etiam
propter damnum ipsius delinquentis, cuius non mi-
norem viam habere debet Prelatus. Ita Soto sup. &
lib. 2. de inst. q. 6. art. 2. concl. 4. vbi eam exceptionem
expresē posuit. Debet autem tunc Prelatus procede-
re ad punitionem solū, quatenus necessaria est ad
emendationem subditū, quam intendit, quia cum to-
tus ille processus asfumatur, tunc solū propter bo-
num ipsius subditū, non debet progredi ultra illos ter-
minos boni subditū.

5. Sed est difficultas, an in tali casu denuncia-
tor sit adhibendus tanquam testis: & affirmativē contra
Aragonium responderet Villalobos in summ. tom. 2.
trah. 4. diff. 14. num. 5. & 6. vbi ita asserit. Quan-
do no se espeta la emienda del pertinaz, entonces
ya se procede, via iuris, que cessa la corrección
fraterna, y empieza la iudicial, segun lo dice Chri-
stio: si Ecclesiastis non audierit, sit tibi tanquam
ethnieus, & publicanus. Y en este caso puede ya
el Prelado proceder contra el con censura, y encar-
cerarle: y se fuere necesario, darle tormento, y auien-
do confesado, castigarle.

6. La dada queda aora, si quando el Prelado
procede a pmisión, y cañigo se ha de contar el
denunciador por un testigo. A lo qual responde Soto,
que es probable que si, porque es ya distinto proceso,
que se acabo el de la corrección fraterna, y comienza
la iudicial: y parece, que se da a entender en el Eu-
angelio, en aquellas palabras si te non audierit, ad-
hibe tecum unum, aut duos testes, vt in ore duorum,
vel trium stet omne verbum, donde se da a
entender, que el denunciador puede ser testigo: porque
de otra manera no fueran dos, o tres, y tambien se
prueva de un texio, en el qual el Papa induce las pa-
labras dichas del Evangelio.

7. Lo contrario desto tiene Aragon, funda-
se en que este denunciador siempre le parece sofer-
chozo, y solo lo admite en el crimen de here-
gia, donde por la atrocidad del delito se admiton
testigos, aunque tengan tachas. A mi muy prenable

D d 3 se